UC 669

8

Asuntos Heterogeneos
leidos en el año
1748.

Heterogeneos de 1748.
Enero.

UC 669

Febrero

Marzo

Abril

Mayo

Junio

Sobre dos textos del Genesis el uno: <u>et nuntiaverunt principes Pharaoni</u>: Cap. 12. y el otro: <u>et Joseph erat princeps in terra Egipti</u>: se decide si la calidad d Principe que residia en Joseph era la misma, ó superior á la d los otros. = Por el P. Mº. Franco. Armañá. falta.

Julio

Agosto

Setiembre.

Octubre

Noviembre

4 Deciembre

Desponsatio B. Catharinæ Virg.[l] et Mart.[l] cum Cho.= Por Dn Juan Gasèt Pbrô.
Breve diseño de la prudencia. = Por Dn Cayetano Amât.

UC 669 1

Desponsatio B. Catharinæ V. et M. cum Christo.

Inter omnes illices dulcedines, dulcesque illecebras, quas aucupatur amor, nullæ palatis amantium jucundiores, quamque in nexu Matrimoniali constrictissimo latissime affluere reperiuntur. Cum namque omnis amoris suavitas ab extremorum, quibus circumcingitur similitudine, aut potius identitate nascatur; quantum similitudinis, aut identitatis extrema, tantum suavitatis habet amor, atque dulcedinis. Ubi igitur illa magis similia, magisque una, quam ubi ex duobus unum efficitur? Si matrimonii nexus inter corpora constituitur, unum corpus, aut una Caro; si vero inter spiritus, una anima, vel unus efficitur spiritus.

Exoritur amor dum ejus, ad quod dirigitur, apparet congruentia, sed dum in hac amati pignoris imperfecta delineatione versatur, numquam excedit limites desiderii, nec amantis animus in hujus fluctibus desiderii tranquillus acquiescit; bene vero dum sui pignoris securo portum possessionis obtabilem adipiscitur.

Hoc motu capta Catharina (non amoris profani cæcitate, sed divino sibi lumine affulgenti) inter Divinæ radios claritatis Christi pulchritudinem sibi tantum spiritualis nexu Matrimonii consequibilis circumspexit; cum continuo magno desideravit desiderio votorum suorum scopum attingere. Nec tamen quieta, neque tranquilla, neque pacata in hujus undis exstitit desiderii, usque dum per baptismales undas ventis navigans obsecundantibus ad sui portum pignoris consecutionis pervenerit. Tanta visa fuit illustratæ oculis Catharinæ Christi formositas; ut iis destituta donis, quibus egebat, ipsarumque spe concepta adipiscendarum, orta sibi sancta fuerit æmulatio. Invigilaverat Chatarina Rethoricæ preceptis, sicque non erat inscia legum amoris, qui non in parca desiderii, sed in liberali gaudii mensura existens, in eum quem amat amantem convertit. Flammam enim amat Papilio, vixque cum flamma conjunctionem ~~consequitur~~ adipiscitur, cum illico in flammam cernitur transmutatus. Piramum amat Tisbes, vixque nexum cum Pirami spectaculo consequitur, cum statim in ipsum Pirami transmissa conspicitur spectaculum. Christum tandem amat Catharina, vixque conjugii spiritualis obtinet unionem, cum subito in ipsum Christum dignoscitur conversa. Hanc Catharina, ob illius pulchritudinem, cupiebat conversionem, cumque eam, non nisi nuptiis cum Christo celebratis, esse sibi videret consequendam; unionis cum eo negotio suscepto, numquam destitit ad amplexum.

Nunc vero temporis meretur majori cum claritate omnibus investigatis circumstantiis hujusce Catharinæ cum Christo, et Christi cum Catharina conditionem enucleare Matrimonii. Defuncto Patre Catharinæ Alexandriæ Cypriæ Rege potentissimo, ~~nupti~~ cum tot, tantæque essent ejus hæredis filiæ dotes nedum in corpore quo captivis in se intuentibus oculis dominabatur; verum etiam in anima; cujus intellectus licet muliebris, virilis instar, quos Magistros habuerat, admiratione affecerat, Nuptias regias, et opulentissimas potuisset celebrare. Cælo autem sibi suffragante Carnale numquam iniit Matrimonium, ut spirituale liberius contraheret, et expeditius.

Cum Christus animarum amans desideratissimus sibi vellet spirituali Matrimonio jungere Catharinam, mores amantium observans per fenestras, et per cancellos amatam intuentium, ut de ejus fiant pulchritudine certiores; quadam nocte Catharinam dormientem (privilegium sibi tam-

ad concessam) Domum ejus ingrediens visitavit, non inscius status, non ignarus pulchritudinis, caeterarumque amplissimarum dotum naturalium, sed urbanitatis partim gratia, partim vero, et quod magis est, ut statui perfectionem, pulchritudini gratiam, dotibusque incrementum impertiret. Non quod non potuisset absens, sed ut Catharinae horum omnium cumulum perfectionis officioso ad ipsam sopore circumactam aditu censeret esse tribuendum.

Erat Christus in sinu Matris ad instar puerculi, puerulus enim figura depingitur Amoris, cumque ipsum versus Catharina Mater protenderet, Catharinae amplexus (foedam esse dicens suis purissimis oculis) Christus refugere, quousque foeditatis maculam aquis abstergeret baptismalibus, significavit. Catharina vero magis e somno animae quam corporis exsurgens sapientiori docta Magistro, et lucidiori lumine illustrata intellexit, quo pacto quam deformitatem Christus respuerat à se ejicere, et quam pulchritudinem postulabat sibi acquirere posset.

Interea vero qua sollicitudine, aut quo angore premeretur dum cujus sponsa esse voluit oculis deformis videbatur. Erant omnino Catharinae dies, usque menses, adhuc anni, adeo dicam saecula momenta illa, quibus deformitatis causam agnoscens, pulchritudinis gratia, aut gratiae pulchritudine privaretur. Quare cum esset amore saucia ardentissimo, magis periti Medici consiliis, aut potius praeceptis obediens, ad fontis aquas salubriores adire statuisset, iter sine aversione suscepit, sine mora cucurrit, sine lassitudine consummavit, ac demum sine perturbatione aquis optatissimis se immisit. Si namque Mulieres unum tantum pulchritudinis apicem captaturae, sine taedio, earum judicio tempore non inane consumpto, annos transigunt adinveniendo modum aliquem formositatis perquirentes; quanta cura, quantoque studio eas indagaret Catharina undas, quae suae pulchritudini maculis obumbratae tribuerent lavacro perfectionem? Iisque inventis quas quaesierat, sordibusque lotis quas habuerat, id pulchritudinis acquisivit, quod ipsa, cujus ejus sponsus esse volebat desideraverant. Et postquam hujusmodi lavacrum fuit consequuta, Jesus una cum Matre Maria ea nocte iterum visitavit, cumque sibi pro contrahendo Matrimonio tota jam pulchra visa esset, his alacribus verbis alloqueretur Catharinam: Surge Amica mea, et propera. Tota pulchra es Amica mea, dilecta mea, sponsa mea. Hodierno tuae desponsationis die diademate coronaberis. Coronam caelestem pro terrena, verasque spiritus delitias pro vanis corporis voluptatibus consequeris. Terrena magis est spinea quam aurea, Caelestis vero tota aurea, gemmis tota pretiosis, coruscisque unionibus circumtexta.

[marginal note: dormientem]

Quanto hic lepore, quot, quantisque coloribus, quantoque intellectus acumine singulas sponsae dotes sapientissimus sponsus describeret pulchritudinis. Dentes tui (diceret) Catharina sunt sicut greges tonsarum, quae ascenderunt de lavacro. Favus distillans labia tua sponsa; mel, et lac sub lingua tua, in cujus lactis testimonium in tui Capitis amputatione lac pro Sanguine fluet copiosissimum. Ecce tu pulchra es Amica mea, ecce Amica mea oculi tui columbarum. Et merito cum enim iis nuptiis nihil esset amaritudinis intermiscendum; quam optime sponsus sponsae oculos columbae comparavit; Columba etenim felle, quo acerbior figuratur amaritudo, natura destituit. Qua re forsan Christus ejusmodi nuptias compluries celebraturus post gustum cruciatum noluit bibere, quod sibi Judaei fel bibendum obtulerunt.

Quanta tum prae voluptate gaudia exhalaret Catharina in sui pignoris jamjam assequendo amplexu quod tanto arserat desiderio! Alter

aberem præconij invicem efferebat. Sponsi verba in nostra Virginis laude pronunciata suo Cordi aliquantulum insistentia, ad Sponsam in ejus gloriam transmissa remearent. Adeo ut uterque laudare mallet, quam laudari videretur. Hic plena gaudio diceret Catharina: Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus, lectulus noster floridus, floribus enim Virginitatis, in qua uniemur, commendatur. Hisque delitijs ambos inter Spiritus occupatos fuit matrimonium celebratum. Ubi Catharina desideriorum suorum attigit scopum, ad quem anxia collimaverat; Ejus namque Christi pulchritudinis amasiæ finis erat, ut ex duobus efficeretur unus spiritus, quod matrimonio fuit spirituali consequuta; moremque Sponsus antiquissimorum sequens immemorialem purissimo nostræ Virginis digito annulum imposuit, qui quidem annulus quamquam quæ fuerit materia non legitur, aureum tamen fuisse minime dubitandum: Tum quia sicut aurum est omnium excellentius metallorum, omnibusque anteponitur; ita inter Sponsos amor propter unionem, aut potius identitatem omni alio amore major est futurus, ipsosque Sponsos omnibus debet alijs anteferre; tum etiam, quia ex munificentissimi liberalitate, ditissimique opulentia munus esse colligitur munificentissimum. Et optime congruit annulus huic quamvis spirituali Matrimonio; si enim in Carnali imponitur annulus suo circulo Matrimonij præferens indissolubilitatem; quanto potius in Spirituali langi-endus; cujus ita nexus stringitur indissolubilis ut neque falce mortis acutissima solvi, aut abscindi valeat. Imo ubi carnalis deficiens consummatur, ibi confirmatur securius spirituale.

Si autem hujus quæritis Matrimonij solemnitatem, Angelorum chori insignite pene innumerabiles inter solemnia ministrantes, ut Sponsi Christi ministri, ministri Sponsæ fierent Catharinæ; Ipseque mandaret, ut eam in vijs omnibus custodirent. Catharina igitur adversus quinquaginta doctissimis eos omnibus excerptos Philosophos arguitura proficiscenti, Angelus asserens apparuit palmam egregiam eam consequuturam. Nec minor, quoniam cum Christi sponsa esset, comes ejus sicut elata palmarum, et hoc præcipue, cum ex Ægypto fuerit orta palmifera; nam licet Mulier contra viros, una contra quinquaginta insurgeret; erat tamen terribilis ut castrorum acies ordinata. Mortuamque Catharinam caterva in monte Sinai sepelivit Angelica. Neque huic bona sua defuerunt Matrimonio. Fides; quia Maximino sollicitatas ut cum eo Matrimonio se conjungeret, omnia ejus promissa tamquam inutilia renuit, et vana. Indissolubilitas; quia à Tiranno acerbissime cruciatam nec verbera, nec fames, nec tormenta eam à Charitate Sponsi Christi potuerunt revocare. Proles; quia Christi doctrina fœcundata complures ei filios Regni Cœlorum edidit heredes. O quam bene nupta eo cum Sponso Catharina! Hic namque est qui veras amoris dulcedines impertitur. Nunc vero quoniam consummato Matrimonio delitijs frueris sempiternis, fac, ut nos tua vestigia charitatis insequentes ad eadem gaudia pervenire valeamus.

Joannes Gasset Rector. 4. 10bris 1748.

Breve discurso de la Prudencia.

La Cosa mas principal que se repara en el agregado, que compone el summo bien es la prudencia, origen de donde nace toda sabia eleccion. Esta Virtud definenle diferentes sabios, entre otros el eloquentissimo Ciceron acontentandose con llamarle arte de bien vivir, mas Aristoteles le define un habito virtuoso del entendimiento para regular con recta, y cierta razon las acciones humanas acerca de aquellas Cosas que son moralmente buenas ó malas con la qual definicion se manifiesta ser la prudencia virtud, de la qual necesita el hombre para hazer qualquier acto virtuoso, pues todas las virtudes ván dirigidas por esta, aunque hai algunos AA que ni virtud quieren llamarla esta opinion parece puede omitirse, siendo la pru=

derecho, como dexé, regimen de las demas

Conque el racional teniendo esta virtud an-
tes de executar accion alguna, atiende
á lo passado, repara lo presente, y previe-
ne lo futuro, y assi no emprende cossa su-
perior á sus fuerzas, ni está prendado
de sus discursos, como dixó sabiamente Pli-
nio: nemo mortalium omnibus oris sapit
pero deve tenerse presente que quanto ma-
yor es la cossa tanto mas dificil es su
alcanse, con esto de la prudencia no se
hase dueño el hombre exerciendo sus actos
solo una, ó, dos veses sino sirviendosse de
esta para todos sus echos assi se lleva el re-
nombre de prudente hasiendo la obra, ó, no
executandola como mejor se reconoce segun
las reglas que percibe la razon madre de
la prudencia de la que son incapaces los
niños, y los brutos supuesto que si hasen
acciones que pueden llamarse prudentes,
es por acasso; de todo lo que se deduce ser
la prudencia inseparable de la razon, y
las demas virtudes necessitando deste

prerrequisito se deven Concidirar Con depen-
dientes, por lo que es llamada Reyna de
todas las virtudes morales logrando à
mas desto una prerrogativa qual es ser
virtud intellectiva regulando las virtu=
des morales, y recidiendo en el entendim.to
ser virtud Moral.

D.n Cayetano Amat